

B. Cameracensis Archiepiscopus etc. Crucis in Hierosolymis
S. R. ecclesie Cardinalis sacristanus T. Prætor.

Cationem qui habet de iudicio D. Thome Ap. de
 variis et multis dubis que negare nescit. Quod
 iudicio bene edicto a me petunt & scriptione de
 scriptis coram iudice iudicantibus nec debito
 iudicio exoritur. Præterea iudicium in Massaco
 dicitur: a quo tunc abest consilium meum ut potius cogi
 tem ne iudicium faceret. Eam tamen idcirco tunc dignatione
 hoc episcopo deditur: ut esset aliquid dignum monitione
 etiam quæ erga te oblatum est: in illis tamen articulis
 tam probandum ne nihil possit in actum suum nec
 dicitur. Tu enim id vel unus poteris iudicare: que toties
 orationes Populi & aduocatus & obsequium
 Quæ cum dicitur in scriptis iudicium dicitur & cognoscitur
 per omnes tamen gradus non minus gloria dignitate
 considerari: Non sicut in illis dicitur tunc iudicium
 perit: sed & peccato & castigatione: Illud tamen prius
 considerari debet: Castigatio me iudice: sicut & po-
 tuit congregari: & nec considerari: quod etiam si bene
 sit iudicium: non est contra iudicium: iudicium pro a
 tis dicitur: in omni capone in omni sententia occurrere
 Ego dicitur ob id in illo dicitur me amabo: et sic
 & si alius sententia scripta certe meo me ostendit ad
 tem si in eis probantibus habet: Tu enim nihil unquam
 pro certum iudicium: eges ergo has nostras duplitas
 vel me cum nil est scriptum quod agas: potius est nil
 exors: nosse quod est factus: & in Prætor te libere iudicet
 iudicium: & id obsequium ad obsequium nostris in probat
 iudicium sit iudicium.

VALL.

B. Caruagial: Presbytero scē Crucis in Hierosolymā
S. R. ecclesiæ Cardinali sacratissimo. T. Phædrus.

Orationem quā habui de laudibus Diui Thomæ Aquinatis: quia eā multi (quibus quicquid negare nefas est) quotidiano pene cōuicio a me petunt: & scriptionē dextera refugit: coactus formis tradidi imprimendā: nec dubito rumusculos exorturos: Phædrū laureolam in Mustaceo quærere: a quo tantū abest cōsiliū meum ut potius cogitem ne meridie luceat: Eam autem ideo tuæ dignationi hoc epistolio dedicaui: ut esset aliquod pignus monimētumque: meæ erga te obseruantia: utque iudiciū tuum elicerem prodeundū ne mihi posthac in aciem sit: an arce cōfidendū: Tu enim id uel unus poteris iudicare: quē toties orantem Patres Populusque & audiuerint & obstipuerint: Quique cū durior sit spectatæ uirtutis cōditio quā incognitæ per omnes tamen gradus non minus gloria quā dignitate cōscenderis: Non igitur (ut ille) cerulas tuas miniatulas pertimesco: sed & posco & efflagito: Illud tamen prius contestatū esse uolo: Catillatum me iuisse: alienaque potius congregasse: quā mea contulisse: quod etiam (si bene fiat) laude dignū esse censet Isocrates: Iudicent pro arbitrio ceteri: nā oēs captiones in omni sententiā occurrūt: Ego quidē ob id ne pilo quidē minus me amabo: cū sciā & si alienis sententiis scripto certe meo me orasse: Id autem si tu etiā probaueris sat habeo: Tu enim mihi unus es pro centum milibus: Leges ergo has nostras quisquillas uel tunc cum nil erit reliqui quod agas: uel potius cū nil agere uoles: quod cū facies: & tui Phædri te subeat imāguncula: & id obserua an eloquētia nostra in posterum futura sit silentium. VALE.

PHAEDRI Ingheramii Volaterrani Panæ
gyricus in memoriam diui Thomæ Aquinat.
Senatu apostolico ad Mineruæ Dicitur.

INter cætera quæ ad bene beateq; uiuē
dum: sancta mater ecclesia nobis ostē
dit Patres amplissimi: illud salubre &
frugiferum existimat: Quod ultra tot præclara
instituta: tot sacro sanctas leges: tot diuini huma
niq; iuris præcepta: sanctū est: ut eorum qui in
hac nostra rep. christiana claruerint & ob meri
ta in diuorum numero relati sint: Solemnia na
taleq; dies: singulis quibusq; annis: stato tempo
re celebrarentur. Eam precipue ob caussam ut eo
rū memoria ueluti pictura egregia: sed uetusta
te euanesceat: nouis quasi coloribus annua lau
datione renouaret: qua toties repetita mortales
expergefatis animis tanq; sagittarii ad metam
inuitarentur: omniq; conatu: illis similes euade
re niterent: Acriori n. animo ac fiducia ad ea fe
rimur imitāda: quæ ab aliis hominibus facta eē
cognoscimus: q̄ ad ea sequēda ipellamur: quæ ne
ipsi quidem faciunt qui precipiunt: & quæ uidē
tur: exercende linguæ potius q̄ uitæ instituēda
gratia tradidisse. Quiq; eam habendam sapien
tiam predicant: quam adhuc mortalium conse

catus est nemo. Spectamus etenim potius: quæ
fiunt in uita cõmuni: q̄ quæ fingunt aut opran-
tur. ut solent pictores: qui novos discipulos præ-
stantissimis propositis imaginibus: potius q̄ ar-
te erudire contendunt. uel quia plus oculis q̄ au-
ribus credunt: uel quia longum iter est per præ-
cepta: Breue aut̄ & efficax per exēpla. Quod cū
ita sit: diesq; hic nobis: in honorem diui Thomæ
Aquinas celebret: mihiq; prouincia demanda-
ta fuerit: ut de illius uitæ integritate deq; rerum
omniũ tam humanarũ q̄ diuinarũ scientia pene
incredibili: apud uos uerba faciam: maiorũ insti-
tuto & more ut bonis auspiciis ad opratum finẽ
nostra perueniat oratio: Beatam uirginem solita
salutatione ueneremur. AVE MARIA.

Humanarum rerum primordia effectusq; per-
quirere: inuestigareq; uolentes: facile ex omni om-
niũ actione cupiditateq; coniciunt esse quoddã
extremũ & ultimũ: ad quod expetendũ omnia
quæ consulto fiunt referantur: Nec ipsum usquã
referatur: & ad quod cū peruentũ fuerit: nostra
hæc cupiditas conquiescat. Idq; nulla externa il-
lecebra: sed ipsũ per se sua ui: nos rapere in sui
desideriũ: Esse autẽ hunc finem atq; extremum
solam ipsam felicitatem: Non modo unusquisq;

non poterit eruere. Sed ne philosophantiū quidem scholæ: cæteris in rebus inter se dissentientes ibunt inficias. Verum id diu multūq; inter illos uentilatum est: quid tandē sit hæc ip̄a/ quæ ab omnibus: expetit̄ felicitas: Quod cum uarii uaria sint cōmenti: Eamq; nō nulli uoluptatem esse dixerint: multi honestatem cum uoluptate: plures bona animi/ corporis/ & fortunæ: alii doloris priuationē: scientiam alii: alii uitam naturæ congruentē: alii uirtutē: Illud tamen sapientiorum autoritate comprobatū est: Felicitatem ipsam ex usu uirtutis oriri. Esse enim proprium quoddā, ad quod agēdum/ mortales omnes sint procreati: quodq; cū cæteris animātibus cōmune esse nō possit: ut enī piscibus squamæ/ armentis cornua/ auibus pēnæ/ feris dentes/ sic aliquid homini attribui necesse est: quod illi sit propriū & sine quo rationem suæ conditionis amittat: Cumq; homo medium sit/ inter deum: & cætera animantia: quædāq; habeat cum utrisq; cōmunia: ut animā & corpus/ tenue & cōprehensibile æternum & temporale: Iudicemus oportet hominē mixturā esse quandā diuinitatis cū humanitate: proximūq; deo locum habere: qui sui intelligat artificiū/ omniaq; propter se/ qui illis cōgruēter uteretur/ esse creata. Atq; ideo eius pro-

prium nō esse uiuere/ quia cōmune sit & plantis
nō sensum habere: quia cōmune sit & brutis: sed
uitam & actus secundū perfectam rationem dis
ponere: qua qui bene excellenterq; uteretur is
propriū ad quod natus esset bene absolueret.
Virtutū autem per quas ad hanc felicitatē pue
niat: Alias moris esse/ alias intellectus: De ea lo
quor felicitate: quæ apud mortales esse potest:
& quæ aliquid agēdo/ cōtēplando ue/ querit: nā
si animæ immortalitatē/ cōsideremus: Vera feli
citas apud mortales esse nō potest: Cū ipsa ani
ma quieta nō sit/ ideo nec felix/ donec quo ten
dit/ hoc est ad deū: sui ipsius originē pueniat. nō
enī in hisce terrenis sordibus: & cæno/ felicitas
sūma cōstituta est: sed eam cœlitus petendā esse
quis ambigit: Sūt ergo aliæ moris/ aliæ intelle
ctus uirtutes: ille circa actus/ affectusq; hæc circa
ueri deprehensionē magis uersant: Illis diffici
lia præponunt: nil timide agendum: nil auare:
nil iracūde: nil inique: nil abiecte: grāde potius
quoddā propositū est. & si adsint facultates/ ma
gnificentia debet apparere: deniq; mediocritas
quædā/ in rebus oībus prudenter custodiēda: ab
his autē altius iter tendit: quippe quibus hæc
humana sordeat: Et quibus mens/ quasi regina/
quodcūq; opus est/ ratione/ excogitatioeq; p̄ficit

Ipsa
mai
Ipsa
cur
lun
Syc
feda
nen
& r
illu
mu
lam
& o
risq
fapi
stra
alte
coel
tio p
q; fi
fista
se pl
poti
nosip
dim
men

Ipsa rerum causas solerter inquirit: Ipsa diuinæ
maiestatis arcana rimat: Ipsa hoc uniuersum:
Ipsa cœlū spectat: solēq; & lunā & statorū syderū
cursus pensitat. Solem qui sit ipse fons luminis:
lunā quæ inde lucē hauriat: tā uaria/ tā incōstās:
Sydera quorū uagent̄ alia/ minime unq̄ errātia/
sed aut in cursu recto/ statiōe/ regressiōe ue pma-
nentia: nihilominus omnia cū cœlo ipso rotent̄
& rapiant̄: qui tamen ordo pulchritudinem ex
illius participatu habeat: qui intelligibile pri-
mum sit: idest ex ipsa natura: quā deum appel-
lamus: cuius iussu hæc omnia arcano quodam
& ornatu & ordine decurrunt: unde ex iis cœte-
risq; omnibus diuinis quoddā nascit̄: quod nos
sapientiā nominamus: Est ergo altera admini-
strandi prudens temperata fortis ac iusta ratio:
altera maxima consideratio: cognitioq; rerum
cœlestiū: & earum quas occultas & latentes ra-
tio potest indagare. Quod cū ita sit quis in utra-
q; finis ultimus: hoc est felicitas ī suo genere cō-
sistat: Ea tamen maxime est expetenda: quæ in
se plurimum habet dignitatis. An quæso nostra
potius curabimus: hoc ē corpus/ mores atq; opes
nos ipsos idest animū quo propius ad deum acce-
dimus post habebimus: tūc enim cum aciem
mentis diuina contēplando dirigimus: supernæ

cognatæ menti coniūgimur: hominēq; omnem
exuimus: & solo eo munere quod in nobis diui-
nū est utimur: Nostra etiā hæc infirma sunt oīa
īstabilia & caduca: multis casibus subiecta: mul-
torū in fidiis exposita: Sed quæ integra sūt & sem-
piterna/ & ad quæ uis nulla interitus & corrup-
tionis pōt accedere/ sola p̄stare pōt sapiētia: quæ
sola ī cœleste spectaculū pducit: cœlestiūq; rerū
ueritatē diligentior inquirat. Illæ insup artes sa-
pientes nō sunt/ quæ uitæ inserviūt: siue utiles/
siue elegātes siue necessariae sint: Sed ppria stu-
diosorū supellex est cōtemplatio: Quidē si ciui-
lem uitā seqmur/ & urbanā/ nōne intelligimus/
esse artes in ciuitate: quæ uitæ cōmoda suppedi-
tent: esse alias itē quæ illarū utant̄ opera: rursus
alias quæ famulent̄: alias quæ imperitent: mul-
taq; esse necessaria/ ad finem nobis propositū cō-
sequendum. Sed quæ sola iudiciū tenet rectum
& quæ uniuersum bonū contemplat̄: paucis ad
modū indiget adminiculis: exercere id studium
semp: meditariq; possumus: ut qđ nullis extrin-
secus egeat instrumentis: ut cui nullus incōgruēs
sit locus: Vbi ubi enī fueris/ presto erit ueritas.
Beati/ feliceq; sūt igit̄ illi: q; prudēter/ iuste/ forti-
ter/ tēperate/ admīstrāt oīa: Beatiore/ feliceq;
tamen illi: qui in rerum naturalīū indagacione

coelestiumq; contemplatione uersant. Illi uero
beatissimi/ felicissimiq; & supra hominē appel-
landi: qui utramq; uitam sic tenuerint/ in utraq;
sic se exercuerint: ut cui potissimū adheferint co-
gnitu sit difficillimū. Quid si quis & has/ & fe-
licitatē illam/ quæ animæ ad creatorē reuertenti
pollicet: fuerit assecutus? nōne merito in Di-
uorū numero referendū censebimus? AGE er-
go (postq; uobis utor attente audientibus) inspi-
ciamus an uere diuus Thomas noster undecū-
q; felicitatem sit consecutus. Et quis nihil illo
dignū: nil uobis nouū: nil cuiq; iauditū possim
adferre. Attamē uitæ eius repetita memoria: spe-
ro erit nō iniucūda. Deq; eo sic dicam atq; unus
modus/ unaq; ratio erit: rein tantūmodo in me-
diūm ponā: quæ tantū habet in se gratiæ & ad-
mirationis: ut neq; mea (quæ nulla est) neq; cu-
iusq; ad mouendos uestros animos eloquētia re-
quirat: Nō tamē articulate omnē eius uitam re-
feremus: cum uos eam quotannis in huiuscemo-
di celebritate pro christianæ religionis consue-
tudine audire: & memoria repetere consueueri-
tis: Nec eius laudes ab incunabulis ipsiq; cre-
pundiis auspiciabimur: nō steginata generosissi-
mæ familiæ recensebimus: nō fortunas luculen-
tissimas narrabimus: nō eximias corporis dotes:

connumerabimus: Sed n̄ hil nisi proprium/n̄
hil nisi genuinum: nihil nisi solas ipsius animi
dotes laudabimus. Cetera enī & nobilitas/for
ma/uirēs/diuitiā/fortunaq; & corporis bona/nō
nostra/sed circa sunt: Illa nostra sunt ppria: quæ
nullo tēpore mutant: nullo infortunio cadunt:
nulla ætate senescunt: quæq; etiā nobis defūctis
faciūt/ ut uiui habeamur. Verū quia extitere q̄
iudicarent felicem nasci/ & educari oportere: nō
enī (ut in ueteri erat prouerbio) ex omni ligno
fit Mercurius: sed ueluti rami/surculiq; si sint
natura prauī & tortuosi/ licet quantū uis manu
tractent & emolliant: nō tamen ulla ui/ aut in
genio: ad regulā redigi possunt. Sic honestis pa
rentibus nō nati parūq; educati ingenue/nec re
cti unq̄/nec liberi sunt: nec in sublime aīos attol
lunt: sed & humū spectant: & uilissima quædam
ministeria sectant. Nō igit̄ erit ab re/ pauca de
eius pueritia perstringere: Nō solum enī cū pri
mum fari potuit/ bonā indolem/ ueraq; uirtutis
indicia/ præ se tulit: & lectitando: & sacras lras
ediscendo: & gestu/motu/uultuq; cōpositis ince
dendo: Sed e carcere materno non dum egresso/
qualis futurus esset/ apud multos fuerat diuul
gatū: Mater enī Theodora/ a uiro ea tempestate
uitæ sanctimonia conspicuo: & qui ob id ipsum

uera
uter
tate
Gra
riun
scip
Lan
rum
les
tene
for
opin
inn
nun
tia/
offe
qui
min
lio in
omn
urbe
filiu
fidiis
facta
us)q
ditiis

uera solitus erat uaticinari/ accepit: puerum quē
utero gestaret/ orbem terrarum/ & uitæ integri-
tate/ & sapientiæ magnitudine illustraturum.
Grandior factus: cum primū in ludum littera-
rium per ætatem proficisci licuit: domestica di-
sciplina/ studiisq; honestis institutus: missus a
Landulpho patre Neapolim/ ad studia littera-
rum: celeritate incredibili primas artes libera-
les dicitur didicisse: cunq; in illa ætate/ ueluti in
tenella arbore/ floribus omnes contenti essent:
formatos uirtutum fructus produxit: Omniūq;
opinionem superauit: nemoq; nō timebat/ ne tā
immature magnum ingenium esset uitale. An-
num deniq; agens tertiumdecimū/ studio sapiē-
tiæ/ beatitudinisq; accensus: temporumq; uitiis
offensus: ut ipsam beatitudinem facilius conse-
qui posset/ in scis parentibus/ in hunc Diui Do-
minici ordinem secessit. Nec defuere huic consi-
lio impedimenta: Mater enim conatum uimq;
omnem: ad eum recipiendum intendit: cūq; in
urbe esse comperisset/ huc profecta: quoniā sibi
filium uidendi potestas non fiebat: dispositis in
sidiis rapi ad se: deduciq; curauit: Voti compos-
facta/ ut illum a proposito distraheret. (Bone de
us) quos astus: quas artes non adhibuit: Blan-
ditiis primo aggressa est. Opum pollicitatione:

diuitiarum ostentatione: uoluptatumq; omniū
uariis illecebris: atq; ubi hæc parū p̄ficere con-
spexit/ ad minas cōuersa/ nullos non terrores in-
cussit: domi bienniū cōtinuit: ab oī cōsuetudie/
colloquioq; segregauit. Nec his ille fractus aīo
ab instituto discessit: donec eūdi/ quo uellet po-
testate facta: ī pristinū ordinē est reuersus. (Vti
nam P̄res tanta esset cōstantia/ in his oībus qui
in huiusmodi cænobia secedunt: p̄fecto melius
christianæ rei publicæ eorūq; existimatiōi con-
sultū iri cerneremus). Sed nō nostrū hæc inqre-
re. Mira igit̄ in Thoma puero cōstantia: Mirū
iudiciū: Diuitias cōtempnit/ auriq; tanq̄ malorū
omniū fomētī: usum oēm respuit. Vbi enī diui-
tiarum cupido iuasit: neq; disciplina: neq; artes
bone/ neq; ingeniū ullū fatis pollet: atq; ex abū-
dantia luxuria: ex luxuria scdæ libidines oriū-
tur. Idq; etiā sæpe euenire aīaduertimus: ut si-
mulac gloria honorē/ uirtutē uincit opulentia:
animus ad uoluptatē a uero deficit. Naturaq;
a fortuna corrūpit̄: ob eā rem paterna heredita-
te seipsū abdicauit: quæ copiosissima eueniebat
Quippe qui e ditissima/ nobilissimaq; comitum
Aquinatiū familia esset oriundus: quā etiā no-
bilitatem paruifecit: quod alienis niti laudibus
nihil aliud sit: q̄ sua proferre nō posse: & qui p̄be

sciret
nō e
bus.
tern
ci: m
lant
ad op
deni
tia p
sus t
tum
cōue
fama
mag
nam
accel
geni
floru
quid
do q̄
Cūq;
lis bo
iam t
præsa
do æ
Hæc

sciret dictū illud Platonis celebre: Neminē regē
nō ex seruis eē oriūdū: neminē seruū nō ex regi-
bus. Maternis lachrymis: maternis precibus: ma-
ternis minis nō ē fractus: Nulla licētia: nulli io-
ci: matre etiā sæpe tū æqualibus sæpius interpel-
lantibus: a recto cursu detorserunt. Nō auaritia
ad opes deuocauit: nō libido ad uoluptatem: nō
deniq; labor in castitate: in ieiunio: in obediē-
tia perferendus ad quietē: Sed in ordinē reuer-
sus tanq̄ fractis ergastulis: libertateq; recepta: to-
tum sese ad ea studia quæ felicitatem pollicent̄
cōuertit: Paululūq; ī hac urbe moratus: accitus
fama Alberti: cui a rerum multarū cognitione:
magni cognomen est inditū: Coloniā Agrippi-
nam ubi ille disciplinas pene omnes profitebat̄
accessit: sub quo quantū profecerit: quantisq; in-
genii: doctrinæ: elegantix: probitatis: laudibus
floruerit: ita omnes nouistis: ut neq; possim ali-
quid uestræ sciētix adiicere: neq; minus laudan-
do q̄ par sit quicq̄ eum uera gloria defraudare:
Cūq; ob taciturnitatem silentiūq; a condiscipu-
lis bos mutus appellaret̄: ferunt Albertū ipsum
iam tunc tantā doctrinā conspicientē: & futuræ
præfagum dixisse. Bouem illū mugitū aliquan-
do aditurum quem totus terrarū orbis audiret.
Hæc eius omnis pueritia. Hæc oīs adolescētia.

Ecquid uideat uobis Patres? nōne felix est existi-
mandus? Nōne/nō modo eorū hominū/qui suo
tpe claruerunt/ sed etiā antiq̄tatis memoriā oēm
sup̄auit? Honestis parētibus est natus: ingenue
educatus: ut primū p̄ aetate licuit/ Grāmaticen
didicit: ut rectā loquēdi rationē sciret: Rhetori-
cen attigit: ut quæ didicerat proferre atq; eloqui
posset: & ut ueluti lana purpurā bona fide potu-
ra/ quibusdam prius medicamentis inficitur/ ita
ipse ad sapientiam excipiendam his disciplinis
imbui pr̄parariq; uoluit: Nec Poeticā respuit;
quæ ab antiquis primaria quædā Philosophia
est habita: quæq; ab incunte aetate/ uiuendi for-
mulam docet: mores/ affectionesq; ostendit: resq;
gerendas cum iucunditate precipit. Geometriæ
nō parum operæ dedit: Musicæq; & Astrologiæ/
quod hæ artes cum Philosophia (quæ ad felici-
tatem dux est) adnexā habent societate: Deniq;
per omnes uirtutes/ honesta cogitando/ bene di-
cendo/ recte agēdo/ & in cœlo pietatis thesauros
qui nullo fortunæ aut casus ipetu/ eripi possunt
congregando: ad sapientiā/ cui tanto desyderio
flagrabat/ contendit: Quam ut uere consequere-
tur/ omniū quæ uitii nomine comprehendit/ atq;
intelligi possunt: sua sponte/ ac uoluntate absti-
nens: ocium elegit: totumq; sese studio tradidit

sapi
nar
sim
lice
bea
rit
set
hæ
tus
nel
feli
nos
cōt
lun
con
nu
per
nor
serp
re f
ma
con
rit
tes
hoc
ra u

sapientia. Solam uirtutē sequens: solam doctri-
nam amplexans: soli sapientiaē inhians: Nō au-
sim equidem dubitare/ quin uos hunc omnes fe-
licem esse existimetis: Nam si Plato preclare eū
beatum esse dixit/ cui etiā in senectute contige-
rit ut sapientiam/ uerasq; opiniones adsequi pos-
set: cum nō hunc beatissimum iudicemus? Qui
hæc omnia in ipso iuuentutis initio sit consecu-
tus. An fortasse felicem esse censebitis/ Aglaum
nescio quem Sophidium? qui Apollinis oraculo
felix sit iudicatus: quod ætate iam senior/ termi-
nos agelli sui/ rusculi/ fructibus/ ac uoluptatibus
cōtentus: nunq̄ excesserit: Vel potius. Q. Metel-
lum? quod omnibus in rep. functus honoribus/
consulares filios uiderit: nepotes sinu tenuerit:
nulla suoz funera extulerit: nullū morbi genus
perpessus fuerit: ad ultimāq; ætatē/ eodē semp̄ te-
nore/ p̄uenerit: umbratilis felicitas: & quæ humi
serpat: nec altius sese attollat: Iure uos/ inquā iu-
re felicē eū esse cēsetis: Qui cōtemptis rebus hu-
manis in naturaliū rerū indagatiōe/ & cœlestiū
contemplatiōe/ inq; ipso deo felicitatem colloca-
rit. Video uos multum Patres in has eius uirtu-
tes obstupescere: In alio sint hæc admirandæ: In
hoc nostro scitote esse preludia quædam/ & futu-
ræ uitæ indicia: Virtutes quasdā diuinas & quæ

raro i mortalibus appareat/uolo uos in Thoma
admirari: ut est illa: tantā uim illi fuisse in dispu
tationibus/ tantā celeritatē & breuitatē: & respō
dēdi & laceffendi: subtili uenustate atq; urbani
tate cōiunctā: ut apud oēs esset opinio/ diuinum
spiritū in Thoma latitare: Quid cū iuuenis ad
huc a Parisiēsis accitus: ut Philosophiā theo
logiāq; doceret: omnibus quotquot p̄fessoribus
supatis: ante ānos theologiæ isignibus acceptis:
nōne ostēdit uerissimū esse illud: Celeriorē cur
sum uirtutis esse q̄ atatis: Quid illud: quod in
surgētes christiano nōi sectas infestissimas/ & iā
diu etiā antea inueteratas ita uicit: ita repressit:
ita labefactauit & euertit ut discussis/ cōiuctisq;
tā publicis q̄ eorū q̄ sapiētes putabāt sentētis: nō
solū cæteris p̄suaserit illas esse p̄nitiosissimas sed
etiā sectatores auerterit: & i rectā sniam traxerit
Quid cū ueterū Philosophorū: & eorū qui inter
cæteros principatū sibi uendicarūt: errores ostē
dit: argumēta diluit: ueritatē & inuestigauit &
aperuit: apertāq; in uulgus tradidit: nōne uidet
uires humanas supasse: Mira sunt Præs quæ de
co memoriæ sunt mādata: quæ nō solū oratione
nō exprimi/ sed uix mēte cōprehendi aut cognos
ci possunt: Quibus ni uideor satisfacere/ date ob
secro ueniam: ipsum enī me inquirentē/ obiecta

repe
quod
stric
gā e
copi
dis/
inter
ab a
nō se
one
omn
cto/
su u
dein
tent
item
sapi
fyde
rum
entia
pute
ctum
na/ no
Mag
apud
apud

repellit ueneratio: & si propius mentē adiecerim
quod oculis in solem connitentibus euenit / pre
stricta acie / uideēdi facultas mihi eripit: Perstrin
gā er go ut potero: qñquidē p dignitate exequi/
copia nō est: T āto aut studio / in illis inuestigan
dis / dī / pene indies singulos / pstitisse: ut dum nec
intermitteret aut admiratōem earū rerū: quæ sūt
ab antiquis repertæ: aut inuestigatōem nouarū:
nō solū naturalium rerū necessariarūq; usurpati
one / se defraudaret: uigilias / in ediamq; / perferret
omniūq; obliuisceret: sed animo penitus distra
cto / & quasi a corpore segregato: nullo penitus se
su uteretur. Quod si admirari solemus / Archime
dem: qui dum in puluere quedam describit at
tentus: ne priam quidem captam esse senserit. si
item Thaletem Milesiū / unum ex septem quos
sapientes Grecia iudicauit: q; nocturnis intētus
syderibus in puteū decidit: Nam duci magna
rum rerum contemplatione ad cupiditatem sci
entia: summoꝝ uirorum est existimandum: quā
putemus diuum Thomam uehementius distra
ctum / sapius extitisse: cum non terrena sed diui
na / non stellas / sed Deum ipsum / contemplaretur
Magna igitur ipius fama diuulgata: multæ erat
apud principes gratia: apud patres auctoritatis
apud plebem notitia & nominis / certatimq; cum

omnes uenerabant: laudabant: & in cœlum ex-
tollebāt: prius tamen defessi sunt laudando/ atq;
admirādo/ facta eius: q̄ ipse/ quæ gloria digna es-
sent/ faciūdo: Voces etiā laudantiū/ miraculi ma-
gnitudo oppreſſerat/ ceſſabantq; laudādi officia/
pluſq; laudanda cernētibus: Atq; adeo apud Lu-
dovicū Galloꝝ regem/ uirꝝ ſanctiſſimū/ ipſius ua-
luit autoritas: ut potentiſſimus rex nihil unq; ar-
dui/ illo inconſulto egiſſe dicat: Pontifices uero
maximi Vrbanus. iiii. Clemēs. iiii. Gregorius. x.
eius opera/ & cōſilio in rebus maximis uſi ſint: A-
cunctis uero habebat ꝑ oraculo: ad eūq; omnes
tanq; ad pœnū rexꝝ omniū/ cōcurrebant: nullaq;
fuit/ uel etiā inter doctiſſimos diſceptatio: quam
nō Thomas terminauerit: Ita/ in uno ipſo potiſſi-
mū/ totius ueritatis niti patrociniū uidebat: ſue
tam ſententiæ nō adeo addictus/ quaſiq; deditus
mācipio erat: ut eandē tueri pugnaciter/ ꝑtinaci-
terq; quo iure/ quaue iniuria/ obſtinauerit: Alte-
rius rectæ opinioni in diſputatōibus cedebat: ue-
ritatis ſtudioſiſſimus: ob eamq; rem Dialectica
nō utebatꝝ/ tanq; ꝑ occupatiſſima uanitate ad ſi-
mulandū/ uerūq; colorē fuco mentiendū: ſed ad
mendaciū refutandū: & falſum a uero dignoſcē-
dū. Siquid autē a ſtudio uacabat/ totū ſeſe publi-
ce utilitati prebebat: & ultra diſputationes/ & pub-

lica
con
ne:
au
ſen
ete
ſine
niu
diſ
Pa
tat
Ve
per
mi
ſap
ſuc
Q
nes
glo
luc
nip
gat
ren
tus
repr

licas interpretationes: sacras ad populum sæpe
conciones habebat: magna omnium admiratio-
ne: magno omnium concursu: nec minori gratia
audientium enim affectus: in potestate habebat
sententiarum grauitate: impetuq; orationis: fle-
tebat: Nemoq; non illo dicente: timebat: ne de-
fineret: Adde quod in tanto plausu: in tanta om-
nium ueneratione: elatus animo est nunq̄: secun-
disq; rebus nunq̄ intumuit. Habet enī in se hoc
Patres: fauor popularis: ut plerunq; nō in alijs:
tantum iniuriam: sed in suam etiam: conuertat:
Velutiq; fæcunditas nimia ad maturitatem nō
peruenit: nimiaq; ubertas segetem sternit: & ra-
mi fructus onere frangūtur: Sic etiam homines
sæpe corrumpit nimius fauor: Quippe qui intra
suos sese terminos: elati: continere non possunt:
Quem ita hic noster repressit: ut ei uirtutes om-
nes militare uiderentur: Rerumq; successu nec
gloriatas: nec commotus est unq̄: Notum est il-
lud: quod a quodam ex infimis: sui ordinis: ma-
nipulari: rogatus: ut se ei comitem per urbem ua-
gaturus: præberet: licet meditationi intentus: non
renuit tamen: illumq; subsequi: non est dedigna-
tus: qđ qđ ita in disputatōibus: insolētes quodā
repressit: ita quorundam sentētijs reiecit: ut cēs

non minus humilitatē / q̄ paciētiā admirārent
cōmouebat nihil: docenti potius / q̄ reprehēden-
ti similis: nec quisq̄ ex eius uultu percipere pote-
rat: uter uictor extitisset: dissimulatiōe tamen fa-
mā / famam augebat: iudicabantq; omnes / quā-
ta esset futura spes: cum ipse tam magna parui-
penderet. Memoria tanta in eo fuisse peribetur /
ut non solum ad quā animum intenderat / celer-
rime amplecteret: Sed etiam quā acceperat in-
tegerrime contineret: nilq; unq̄ legerit / quod nō
cogitanti sibi in promptu esset: ita ut in miracu-
lum usq; procederet. Ingenii uero tanta constat
eum dexteritate uiguisse: ut innumerabilia etiā
sine magna difficultate / nullo hominum traden-
te perceperit: adeoq; ingenium in numero ha-
bebat: ut quicquid reliquis longa cogitatio esset
datura: prima illi animi intentio prestaret. Dig-
nitates honoresq; / non modo non ambiuit: Sed
Archiepiscopatū Neapolitanū a Clemēte quar-
to Pontifice maximo oblatū reuicit constantissi-
me: ductus fortasse q; ea dignitate nō tam uti uo-
luit / q̄ dignus uideri: aut q; tanto oneri parem se
non esse existimauit: Vel potius cum tunc indi-
gni eligerent: clarusq; honor in turba uilesceret:
dignitasq; apud dignos indignior eēt / quia eam
indigni possiderent: noluit ornari / cum qui pro-

mot
ipfa
pe e
ne c
han
Puc
grit
ro m
lis c
cebr
dat
sibi
uita
Squ
ridit
res d
gno
prese
tus: f
amic
nihil
quide
spicer
uenit
lupta
sunt: sil

moti essent non honestarentur: sed ornamenta
ipsa turbarent: inter quos numerari nō tam tur
pe est/ne illis similes habeamur: q̄ periculosum//
ne quid damni ex malorum contagione contra
hamus. Supra omnia tamē castam uitam uixit:
Pudicitiam perpetuo seruauit: eaq; corpis inte
gritate ad ultimum diem permanfit: qua ex ute
ro materno p̄gressus est. Idq; iam effecerat/nul
lis cupiditatibus uictus: nullis uoluptatum ille
cebris labefactatus: assiduis suis laboribus/ lau
datissimis operibus: usq; quottidiano: ut nihil
sibi facilius esset: nihil usitatus: nihil antiquius
uita sobria & pudica: Aliud ex alio mihi occurrit
Squalorem non appetiit: non cibis crudis: hor
ridisq; usus est: Nam quemadmodum delicatas
res desyderare luxutiæ est: ita usitatas & nō ma
gno parables fugere demētia. Tristitiam non
preseferbat: nullo simulationis artificio erudi
tus: sed totum ilarem sese prebebat/ meridianis
amicorum confabulationibus: nihil sibi ueniam:
nihil illis molestia ac laboris impartiens: Quod
quidem mirum esse uel illinc/ qui diligentius in
spicere uoluerint: iudicabunt: Quia quottidie e
uenire animaduertimus: ut qui remotam a uo
luptatibus uitam sequantur: difficiles & morosi
sunt: sibi parum læti atq; aliis tristiores: h̄q; sunt

ut plurimum qui uirtutem nō tam uirtutis gra
sequuntur/ q̄ quod inanem apud mortales glori
olam aucupant: magisq; studēt boni uideri/ q̄ eē
Nec defuit diui Thomæ uirtuti/ diuinū testimo
niū: nam & stella eius capiti insidens/ sæpe appa
ruit: & Deū adorans sublimis ab humo tolli ui
fus est: Quid? quod multi uariis morbis laboran
tes/ solo eius cōtactu/ sunt curati: Quid? quod di
uinis colloquiis fruebat? adeo ut cū semel ante
Christi legislatoris nostri imaginē p̄stratus ab
eo petiisset an quæ scripserat ei placerent: Ecce li
gneū illud dñi n̄ri simulachrū respondit: Proba
de me scripisti Thoma: Quæ igit̄ exposcimus
Patres de diuo Thoma/ deq; eius scriptis testimo
nia/ cū ipse rex omniū parens Deus/ tanto mira
culo testatus sit: q̄q̄ extitere nōnulli/ qui cū duas
teneant uocabulorū origines/ ita se ostentant/ ita
uendicant/ ita circūferunt/ iactabundi: ut præse
ipsis/ p̄ nihilo habendos cæteros arbitrent: Iner
tissimi homines/ quorū omnis uis uirtusq; in lin
gua sita est: Dico fortasse plura q̄ deberem: tamē
hoc facit uester iste in me animorum oculorūq;
contuitus/ ut mihi licere putem: Hi sunt qui in
diui Thomæ operibus/ latam eloquentiā/ rotun
ditatem/ leporem/ gratiasq; desyderant: eumq; C
quāuis illum sua diuinitas extra ictum/ supraq;

iniur
tum
perf
in p
pho
te au
serat
diui
bus
tiles
tos:
con
da u
hab
cor
rum
ut u
pot
sequ
ani
ritu
mal
stra
et: n
tern
sunt

iniuriam posuerit: tamen ueluti rudem / incul-
tumq; ac sordidum fugiendum esse censent: Su-
persticiosum sane hominum genus: & qui putet
in pedagiis grammatarumq; coronis / philoso-
phos / theologosq; uersari: ubi de Hecube paren-
te aut si quid grandius de uersuum numeris dis-
seratur: Alia in his est ratio: ubi de humanarum
diuinarumq; rerū rationibus disputatur: in qui-
bus inquirendis: inuestigandis & enodādis: sub-
tiles / acutos / acresq; esse oportet: & nō calamistra-
tos: nō cincinnatos: nō cerussatos: nō uerborum
concentu phaleratos: Adde quod simplex & nu-
da ueritas luculentior est: quia per seipsam satis
habet ornamentis: atq; ideo aliena fucata specie
corrumpitur: Illi id potissimum elaborant: ut eo-
rum oratio delectabilis / uenusta / facetaq; sit: Hi
ut utilis: ut grauis: ut ueneranda: maiestatemq;
potius ex horrore q̄ gratiam ex mollitudine cō-
sequatur: Quorum uerba & si rudia & agrestia:
animata tamen sunt: & aculeata: ad inumq; spi-
ritum penetrātia: Quare relinquunt his hirtam
masculamq; orationem: ipsi sibi habeant calami-
stratam / comatamq;: & quæ compositiōem uari-
et: nec omnes clausulas uno / eodemq; modo de-
terminet: Non tamē diuī Thomæ scripta hmōi
sunt: ut quorundam / qui se solos sapere pfitent:

Qui dum latinās litteras contemnūt: dum r̄he-
torices pr̄cepta parui faciūt: ad eam barbaricam
deciderūt: ut quis ipsi fortasse recte sentiāt: tamē
id quod sentiūt/suasq; cogitationes/nec lris man-
dare/nec recte disponere/nec accurate illustrare
possint: utq; ne ip̄i quidem sua intelligant. Tho-
mas uero & si orationis florem nullum sequitur
neq; argumenta dilatat: Attamen minutis qui-
busdam interrogatōibus/ & quasi punctis/ quod
pponit efficit: Diffinit om̄ia: partē singula: cun-
cta deniq; apta quadā deductiōe cōcludit: Atq;
id negabit nemo: legenti eius opera mirū pr̄ad-
miratōne silentiū oriri: aliquid penitus introspi-
cienti: aut de naturæ aditis erutū: aut de cōlesti-
um ad mortales adductum: tum uel aliquid ita
argutū/ ut defendendi: ita defensum/ ut arguēdi
non sit locus: adeoq; semp sequētia certare priori-
bus/ & nouas uberrime inter legendū/ effloresce-
re inuentiones: ut p̄petua quadā admiratione: &
cōtinua attentioe: respirādi locus legētibus: non
relinquat. Nec mirū cū in eo omnia ueluti sin-
gula summa reperiant: & arcana quadam pul-
chritudine floreat: & gratia: nōibusq; ip̄is ac uer-
bis mirum q̄tum delectet: tantaq; sit in eo sagaci-
tas in inquirēdo: circumspectio: in explorando

in inquirēdo: circumspectio: in explorando

subti
facili
toller
ctore
nō p
nesci
inuen
riorē
get n
bit
nē cō
enī a
gori
quo
re
Nou
uert
bus
obit
odon
leren
tos a
e ues
pien
felic
ciā q̄

subtilitas in cōtemplādo: grauitas in iudicādo:
facilitas in enodādo: ut sit aptus ambiguitatem
tollere: scrupulos diluere: iuoluta euoluere & le-
ctorem quocūq; uoluerit ducere: cū nō moueat/
nō psuadeat sed cogat: agitet: uim ferat: Quē tñ
nescias/ an rerum scientia/ an scriptorū copia/ an
inventionum acumine/ an uarietate operum/ cla-
riorē existimes: Quiq; tantū modo opus unū le-
get nil aliud scripsisse/ ex illius pstantia affirma-
bit. Qui uero librorū ab eo scriptorū multitudi-
nē cōsyderabit/ tā parū uixisse nō credet. Annū
enī agens circiter quinquagesimū/ cū iussu Gre-
gorii decimi/ Neapoli pficisceret ad concilium:
quod Lugduni celebrabat/ ccepit de uia langue-
re. mox morbū nactus. In monasteriū (qd Fossa
Nouii cognominat/ ī agro Priuernati situm) di-
uertit. Ibiq; prius tñ morte sua multis adstanti-
bus uaticinata/ uiaticoq; christianorū accepto/ diē
obiit. Tantusq; repente ex eius cadauere fertur
odor insolitus pmanasse ut uicina etiā loca redo-
lerent. Languentibus multis & tūc/ & post mul-
tos annos ante eius sepulchrū prostratis/ sanitas
e uestigio restituta est. O uitæ integritatē. O sa-
pientiā cūctis seculis pferendā. O uerā pfectāq;
felicitatē. Quid enī est (ut prius dicendi finē fa-
ciā q̄ uos attente audiēdi) quod in diuo Thoma

possit desiderari: Nōne ita uixit ut omnes uirtu-
tes quæ ad felicitatē perducūt/nō sit cōsecutus:
In quibus singulis ita excelluit ueluti reliquas
nō possideret: Libidinē quasi freno compescuit:
Iracundiam continuit: avaritiā coercuit: egit
omnia/prudēter: iuste: fortiter: temperate: Decli-
nauit ambitionē: honores: dignitatesq; contemp-
sit: fuit mendacii osor acerrimus: ueritatis ama-
tor intrepidus: nō alienorum uitiorum predica-
tor: nō suarum rerum laudator: Vfus est mansue-
tudine miranda: comitate admirabili: continen-
tia (si & hanc etiā uolumus) incredibili: Deniq;
omnibus in rebus mediocritatem prudenter ele-
ctam seruauit: De humano uero genere ita ē be-
nemeritus: ut omnibus ambiguum reddiderit/
utra prestantior iudicāndus esset/actionis ne lau-
de an cōtemplationis: Et docendo/profitēdoq;
& ad bonos mores/uitamq; beatam/ Populum e-
suggestu in concionibus hortādo: & sectas chri-
stiano nomini infestas cōuincendo: & iter ad fe-
licitatem/ex sui imitatione ostendendo: & quod
potissimum est/tot monumenta: tot in omni dis-
ciplina documenta: tot pro christiana republica
propugnacula ædendo: Quid: si quis item in ua-
riis rebus/cæterarum uirtutum ducem/ Pruden-
tiam: & in ea consiliū/electionemq; Siquis eā

quæ
Siqu
curri
man
nōne
ca ha
tum
re esse
uel r
mixt
de in
celest
uerf
coll
sing
cis a
soph
stim
uidi
bera
cutū
ulla
quid
q hu
amic
ti ing

quæ circa principia principiiſq; adnexa uerſat/
Siquis ſcientiam? quæ per inuenta omnia diſ-
currit: Siquis deniq; ſapientiã? ideſt rerum hu-
manarum diuinarũq; cognitionem/ conſyderet?
nõne affirmabit egiffe unq̃ nihil: ſed ſolum cir-
ca hæc ſtudia eſſe uerſatum: In his autem quan-
tum profecerit/ uel in perſpiciẽdo quid in quaq;
re eſſet ſcientia: uel iudicãdo quale quidq; eſſet:
uel ratione ac uita diſputando: dum diſſerit/ de
mixtorum temperaturis: de ſimplicium uiribus
de in elementis naſcendi uicibus & obeundi: de
cœli legibus: de euentorum notis: de ordine uni-
uerſi: deq; ipſo rerũ omniũ creatore deo: Illhinc
colligi poteſt: quod eo tandem diuino cõſilio &
ſingulari uirtute peruenit: ut nemo in Dialecti-
cis acutior: in Mathematicis ſubtilior: in Philo-
ſophia locupletior: in theologia ſublimior exi-
ſtimetur: omneſq; arbitrentur unum pene uerum
uidiſſe: maximisq; erroribus animos hominũ li-
berauiſſe: oĩaq; cogitando aut diſputando adſe-
cutũ fuiſſe: ab ipſiuſq; ſententia nõ ſolum nõ ſit
ulla iam prouocatio/ ſed ne tranſuerſum iam ne
quidem (ut aiũt) unguẽ/ recedi fas habeat: utq;
q̃ hunc nõ laudet nõ efferat/ nõ admiret/ parum
amicus haberi poſſit tẽporibus nr̃is: & huic æta-
ti ingratiſſimus iudicari: dignũq; eſſe quẽ oēs e

christiana republica censeat deturbandū. Ipse
sibi uerā adeptus est felicitatē. & nūc cū p̄cipe
deo uidet agnoscitq; quæ antea l̄ris mādauerat.
Hæc ampla sūt P̄res: hæc imortalia: hæc diuina:
hæc fama celebrant: monimētis annaliū man-
dant: posteritati ppagant: Hæc deniq; sola sūt:
quæ illos q; felicitatis desyderio flagrāt/ ad opta-
tum finē p̄ducūt: Nā cætera oīa/ ueluti pecuniæ
delictiarūq; teneri desyderio: p̄cipatus & impe-
rii cupidie sollicitari: gloriolæ stimulis agitari:
Voluptatū blanditiis titillari: ut nihil aliud sūt
nisi fallaces nugæ: ut nihil aliud sunt nisi (nō di-
co inanē umbrā) sed umbræ soniū: Quæ si p̄cul-
spectes/ magnū quiddā eē putes: ubi uero p̄pius
accesseris/ euanescent: Plusq; in discessu doloris
relinquūt: q̄ in accessu attulerint delectationis:
Hæc igit̄ P̄res: quæ uera: quæ solida: quæ diu-
turna: quæ diuina sunt: tandē aliqn̄/ p̄ deū imor-
talē imitemur: qui dignitatē: q; laudē: q; gloriā: q;
sūmū & ultimū bonū cōsequi desyderamus: ut
diui Thomæ Aquinatis uestigiis insistēdo: bea-
tissimi felicissimiq; & dici & eē mereamur: æuo-
q; sempiterno fruamur.

D I X I

Hain 9186

CS
tio
ni
M



etiam
erepto
intueb
torem
lamēt
natur
empt
omni
nulla
fit eff
si loq
in cor
O spe
tand
bis de
quan
qm̄ si
datur
diar:
impo
ut me
hoc n
or em
buma